

M.
Socrates de fin-
Sus. & Ca-
lumeni Hae-
nym

II f
40

AD
ORATIONEM
 MEMORIAE
 VIRI
 GENEROSISSIMI ET MAXIME STREUVI
 DOMINI
GEORGII RIDELII
 A LEVENSTERN
 ET SEYFERSDORF
 DYNASTAE IN TRESCHEN COHORTIS
 BELLICAE EPISCOPI MONASTERIENSIS AC IPSIVS DENIQUE
 IMPERATORIS ROM. TRIBVNI QVONDAM
 FORTISSIMI
 SACRAM
 DIE XXIV. SEPTEMBR. AN. MDCC XXXV.
 LOCO ET TEMPORE CONSVETO
 BENEVOLE AVDIENDAM
 OFFICIOSE INVITAT
 FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
 DECANVS



T. IV. opp.
Hieronymi
p. m. 32. et
35.



Jeronymus eruditissimus Pater, vel quicumque alius epistolae de Viro perfecto, inter Opera Hieronymi extantibus, eloquens, ac eruditus Auctor, ob factum Cleombroti, nuper admodum a nobis expensum, grauissimam non solum Platonem, verum etiam omnibus generatim paganorum philosophis, ne Socrate quidem excepto, scripsit dicam: Nam vbi l. c. spei Christianorum, qua promissioni Dei, vere credentibus in Christum factae, innoxii resuscitationem mortuorum ad aeternam vitam expectant, mentionem iniecerat: *Quid tale*, inquit, *Cleombrotus Ambraciota in Platoni libro disputante didicerat, qui homicida sui esse non timuit, ac se altissimo praecipitavit in muro; dum et nullum post mortem autumaret esse iudicium, et sine discrimine meritorum aliquo, omnes animas post corpora aequaliter ferri arbitraretur ad coelum. Quod adeo omnes pro vero tenuerunt, et sic omnes illos saeculi sapientes una nebula huius erroris involuit, ut et ipse tam laudabilis (vi putant) Doctor Socrates homicidam ipsum se priuatim, ne publice occideretur, occiderit.* Quibus certe verbis multa omnino falsa continentur. Etenim manifesto repugnat veritati, quod de Socratis morte imprudenter deblaterat ille auctor. Quis enim vnquam Veterum quaeso tale quid tradidit, quasi Socrates ipsum se priuatim, ne publice occideretur, occiderit? cum inter omnes satis constet, Socratem, publico, eoque admodum iniquo iudicio, capitis damnatum, in carcere publico Atheniensis, epota cicuta, extinctum esse; cum illi tergeminum crimen ab aduersariis obiectum esset, tum quod patrios Deos pro Diis non haberet, fedecorum in locum nouos induceret, tum quod iuuentutem corrumpere. Ita Xenophon in Apologia Socratis, et Memorabilibus eiusdem, initio statim rem edisserit. Porro falsum est, quando Auctor citatae epistolae non aliter loquitur, ac si Cleombrotus ex Platoni libro didicisset, nullum post mortem esse iudicium, et sine discrimine meritorum aliquo, omnes animas post discessum ex corpore aequaliter ferri ad coelum, ac ita omnes saeculi sapientes arbitratos fuisse. Perfecto Platone iudicia post mortem, poenasque et praemia constituisse, in vulgus notum est. Quod pluribus testimoniis confirmatum, cui lubet, legere potest, apud Augustinum Scaechum Eugubinum de perenni philosophia, et Petrum Danielem Huegium, in Quaestionibus Alazaris, nec non Tobiam Pfannerum in systemate theologiae gentilis purioris. nec Plato in illo dialogo, qui mortis Cleombroti exitit occasio, vnquam hoc docuit, quin potius mentem suam disertis declarauit verbis: viam scilicet, ad futuram illam felicitatem, esse vitam ex virtute constitutam: scelera vero ad aeternam infelicitatem aditum parefacere. Quae itidem doctrina Socratis erat, qui propterea, cum paene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locusus ita est, vt non ad mortem trudi, verum in caelum videretur ascendere. Ita enim censebat, quae Ciceronis verba sunt, itaque disseruit, duas esse vias, duplicesque cursus animorum et corpore excedentium. Nam qui se humanis vitiis contaminauissent, et se totos libidinibus deditissent, quibus caecati, velut domesticis vitis atque flagitiis se inquinassent, vel Republica violanda fraudes inexplabiles concepissent, his deum quoddam iter esse, seclusum a concilio deorum: qui autem se integros castosque seruauissent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seseque ab his semper seuocassent, essentque in corporibus humanis vitam imitari Deorum, his ad illos, a quibus essent profecti, reditum facilem patere. Haec duae vias, per quas humanam vitam progredi necesse est, vnam, quae in caelum ferat, alteram, quae ad inferos deprimat, et poetae in Carminebus, et Philosophi in Disputationibus suis induxerunt. Et quidem Philosophi, vt cum Lactantio loquamur, alteram virtutum esse vouerunt, alteram vitiorum: eamque, quae sit assignata virtutibus, primo aditu esse et arduam et confragosam, in qua si quis, difficultate superata in limum eius euaserit, habere eum de cetero planum iter, lucidum amoenumque campum, et omnes laborum suorum capere fructus vberes atque iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos in eam vitiorum viam labi, atque desistere, quae postquam ingressi, habere eum de cetero planum iter, deinde quum in eam paulo vterius processerint, amoenitatis eius speciem repente subduci: exoriri autem viam praecipitem, nunc laxam asperam, nunc obductam sentibus, nunc gurgitibus intercisam, vel torrentibus rapidam, vt laborare, haerere, labi, cadere sit necesse. De qua paganorum doctrina, quae ab omnibus ipsorum genuinis philosophis saepissime animis inculcata fuit, recte omnino iudicat Lactantius, sapientem profus disputationem ea contineri, id quod vel propterea vnusquisque confiteatur necesse est, quod magnam habeat conuenientiam cum effato Seruatoris nostri:

L. I. quaest.
Tusc. c. 30.

Lactantius
L. VI. c. 3.

Ελεῖθε διὰ τῆς ζήτησός τῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐχρηστος ἡ ὁδὸς ἢ ἀπόρροια εἰς Μαθη-
 τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοὶ εἰσὶν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς· ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ VII, 13
 ὁδὸς ἢ ἀπόρροια εἰς ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ ἐξελθόντες αὐτῆν. Intrae per angustum por-
 tam: nam lata est porta, et ampla via, quae ducit ad interitum, multique sunt, qui
 per eam ingrediuntur: sed angusta porta et arcta via est, quae ducit ad vitam paucique
 sunt, qui eam inveniunt. Quibus gemina fere leguntur in Cebetis tabula: Οὐκὲν καὶ p. 31. edit.
 διότι τινὰ μισθῶν, καὶ ὅδον τινὰ πρὸς τῆς θύρας, ἥτις ἐ καλὴ ἐχρηστος, ἀλλὰ πᾶν ὀλίγοι Gronou.
 πορευόμενοι, ὥσπερ διασωθεὶς τινὸς καὶ τραχέως, καὶ περὶ ὁδοῦ εἶναι δοκίμασι. Ergo et ia-
 nuam parvam (vides) et viam quamdam ante ianuam, parum frequentem, et a per-
 pauca intrantem, ut quae et praecipua et aspera, et praecepta esse videatur? Vbi Iaco-
 bus Gronovius in notis et emendationibus, editioni suae Tabulae Cebetis Amste-
 laedamensis cl. Io. LXXX. typis impressae, et quod ad Graecum textum hacte-
 nus deficientem; supplet, adiunctis, magna insolentia, pro more solito, acerbè
 invehitur in eruditissimos Viros, Wolfium, Casellium, Salmasium, Casaubonum,
 quod tanta sollicitate nomina, quae in causa Graecarum literarum, et praesertim hu-
 jus Cebetini opusculi federint, hunc locum sine censura praetermiserint, et vel ipso
 suo silentio, tanquam auctoritatis pleno, ipsum versatum fuisse, ut, quum longiore
 modo nunc ageret. At se non sic in Graecia versatum fuisse, ut eodem ipsis
 interuallo praecedat ὅδον, quum proxime antea πᾶν ὀλίγοι πορευόμενοι scilicet ean-
 dem istam viam, confiscare ausit vel possit, salva Hellenismi gratia, istum secundum
 casum subnecti possit; nedum tot interpretes, sine dubio hunc genitium ad praec-
 dens ὅδον referentes, peritia Graeci sermonis decora censendos esse. Hanc Decta-
 tor ille, ac in re literaria, prout sibi videbatur, Princeps terribilem pronun-
 ciat sententiam, quamobrem, pro auctoritate sibi concedenda, vult ac iubet,
 ut, antiqua lectione obelo notata, omnes, qui peritia Graeci sermonis decora
 censeri velint, in posterum legant: ὥσπερ δι' ἀνοδοῦς τινὸς etc. Sed pace ma-
 nentium tanti Critici, quos ego sollicitare nolum, tot ampullas et fespugpeda-
 lia verba prolicere haud opus erat. Etenim tota crisi Gronouiana superferenda posse
 videmur, si genitium ὥσπερ διασωθεὶς τινὸς etc. non ad verbum, longiore interuallo praec-
 cedens, ὅδον, quin potius ad proximum πρὸς τῆς θύρας referamus; ut θύρας appelleret dis-
 ἀνοδοῦς τις καὶ τραχέως, καὶ περὶ ὁδοῦ i. e. talis quaedam, quae sit difficilis ascensus, et
 aspera et praecepta, eodem sensu, quo Servator noster τὴν πύλην itidem adpellavit ζε-
 νῆν portam angustam. Certe vnusquisque ipsum textum inspicens satis deprehendit,
 hoc modo omnia quam optime fluere, ac inter se cohaerere, neque vocula τινὸς et au-
 ribus et intellectu erit molesta, ut Gronovius facillime inductus rationibus falso sibi
 persuadet, sed secundum nostram explicationem optimum dabit sensum, nec interpre-
 tes, quasi hanc voculam negligentissime praeterierint, iure accusari posse videntur. De-
 nique annon, quamuis haec verba, de quibus quaestio est, ad ὅδον referantur, iste se-
 cundus casus, cui mirabiles virtutes ab eruditis praebent, ipse Gronovius fatetur, salva
 Hellenismi gratia subnecti possit, nunc aliis perpendendum relinquimus, huic rei diu-
 tius in praefens immorari nolentes. Sed ut ad Lactantium redeamus, ille, prout iam
 diximus, existimabat, paganorum doctrinam de duplici vitae humanae via sapientem
 prorsus continere disputationem, si modo virtutum ipsarum formas atque terminos
 scivissent. Non enim didicisse ipsos, vel quae sint, vel quid eas mercedis a Deo ma-
 neat. Praeterea vero, quia ignorassent aut dubitassent, animos hominum immortales
 esse, eosdem virtutes et vitia terrenis honoribus aut poenis aestimavisse. Omnem ergo
 hanc disputationem ad frugalitatem ac luxuriam spectasse. Circa quem Lactantii
 sermonem varia monenda occurrunt. Nam primo causam perspicere non possum,
 cur Lactantius negaverit, paganos virtutum ipsarum formas atque terminos scivisse.
 Hoc equidem diffiteri non possumus, ipsos ignorasse, veras virtutes esse effectus fidei
 divinae, quae est divinum quoddam opus in nobis (quemadmodum D. Lutherus in
 praefatione epistolae Pauli ad Romanos scribit) quod nos immutat, ex Deo regenerat,
 veterem Adamum mortificat, et ex nobis plane alios homines (in corde, animo et
 omnibus viribus nostris) facit, et Spiritum sanctum nobis confert; prout Formula Con-
 cordiae haec verba repetit p. 70. neutiquam tamen exinde sequitur, paganos ipsarum
 virtutum formas atque terminos nescivisse. Quemadmodum enim τὸ γνωστὸν τῷ Θεῷ Rom. I, 19.
 id quod de Deo cognosci potest, quod etiam post lapsum in hominibus manifestum est,
 veram omnino Dei notionem involuit: ita quoque discrimen honestorum ac turpium
 lucet in mente humana: et cum legis opus, teste Paulo, paganorum animis sit inscri-
 ptum, certe formam virtutum, quatenus consistit in convenientia cum lege, natura

BR III 40

X 3376368

perfectam habent: nec profus male de termino virtutum Ethnici docuerunt, quem similitudinem ac vnionem cum Deo, eiusque fructionem Pythagorei et Platonici statuerunt, qui neutiquam, vt Laetantius falso contendit, animos hominum immortales esse vel ignorabant, vel dubitabant, adeoque virtutes et vitia, terrenis honoribus aut vitis, prout Laetantius porro falso docet, minime aestimauerunt; quin potius praemia et poenas, post hanc vitam, disertis docuerunt verbis. Et quamuis lubentes concedamus, inter Ethnicos quoque nunquam defuisse tales, qui immortalitatem animae, eiusque statum post mortem, aut felicem aut infelicem, profus negauerint, id quod non solum de Epicuro eiusque asseclis in vulgus notum est; quin imo caeteras hac ex parte venire contradicentium Cicero testatur, inter quos delicias suas Dicaearchum acerrime contra hanc animi immortalitatem diseruissè narrat, vtpote qui tres libros scripserit, qui Lesbiaci vocentur, quod Mitylenis sermo habeatur, in quibus velicè efficeret, animos esse mortales. Quod tanto minus mirum est de Dicaearcho, qui, eodem Cicerone teste, docuerit, nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane; neque in homine inesse animum vel animam, nec in bestia; vimque omnem eam, qua vel agamus quid, vel sentiamus, in omnibus corporibus viuis ac quabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quae nulla sit, nec sit quidquam, nisi corpus vnum et simplex, ita figuratum, vt temperatione naturae vigeat et sentiat. Sed hic quoque Cicero iustam dicendi causam habuisset, quod alibi bene dixit: Nescio, quo modo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Certe quantacunque sit multitudo errantium, ac immortalitatem animae negantium, haec tamen errori patrociniun parere minus poterit. inprimis cum sapientiores quique etiam inter paganos contrarium docuerint. Sane animos immortales esse, vniuersae consentiunt gentes, vniuersae retro aetates consenserunt. Et quemadmodum, Seneca iudice, Deum esse inter alia sic colligimus, quod omnibus de Deo opinio insita est: siquidem nulla gens vsquam sit adeo extra leges moresque proiecita, vt non aliquos deos credat; ita cum de animarum aeternitate differimus, non leue momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colentium.

Cic. l. 1. 1. quae si. Tuse. c. 31.

Cic. l. c. 10

Cic. l. 11. de diuinis.

Seneca ep. 117.

Plato L. II. de legib.

L. I. quae si. Tuse. c. 12. quae.

Vossius de idololatr. T. V. opp. p. 27

quamobrem Plato itidem peruulgatam hanc esse tradit opinionem, multisque ac vultuosissimis sermonibus proditam, quam Cicero similiter ab omni antiquitate deriuat, vultuosissimis Gerardus Io. Vossius inter ea, quae potissimum in hanc opinionem de immortalitate animae gentiles impulerint, primo loco ponit traditionem, quae a Noacho, et eius liberis, ac nepotibus, quasi per manus, ad posteros deuenit: et quamuis praestantissimii philosophi cum dubitatione hac in re saepe conflictati fuerint, ac pro fabulis habuerint ea, quae poetae referrent de cocyto, Pyriphlegetonte, ac caeteris inferorum locis: interea tamen putabant, bonis bene esse post hanc vitam, malis male. vt adeo non rem ipsam negasse, sed sobrie tantum magis sensisse dici possint. Exempli loco esse potest Plutarchus, qui, vtut istam de inferis doctrinam, vt fabulam, in libro de superstitione explosisse videatur, alibi tamen de audiendis poetis, fabularum harum inuolucro aliquam omnino contineri veritatem fateri coactus est, quae longa saeculorum serie variis deprauata fuerit commentis. Quamuis autem haec quadantenus pagani agnouerint, nemo tamen temere inficias ibit, longe certius ea prospicere illos, qui sacris eruditi literis Deum ac Christum, nec non ea, quae ad aeternam damnationem effugiendam, ac aeternam salutem consequendam, pertinent, ex reuelatione diuinitus facta rite agnouerunt. Inter quos nomen suum, dum in viuis erat, professus est, Generosissimus et maxime Strenuus Dominus GEORGIVS RIDELIVS A LEVENSTERN ET SEYFERSDORF, ac reliqua, cuius memoriam solemini oratione anniuersaria renouabit Vir luuensis Ornatissimus, Dn. IOAN. GEORG. RICHARD, Olsna-Silesius, pietatem suam pro insigni beneficio in litterarum studia collato, quo ipse hoc tempore fruitur, testaturus. Quam Panegyryn vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, PROCERES VTRIVSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMI, vna cum GENEROSISSIMIS NOBILISSIMISQUE ACADEMIAE CIVIBVS sua praesentia cohonestare velint, qua par est, obseruantia ac humanitate rogamus. P. P. Döm. XV. p. Trin.

clō 10cc XXXV.

L I P S I A E
L I T E R I S I O. C H R I S T I A N I L A N G E N H E M I I.

me.

FR. 132

2

*Alv.
Socrates de Sen-
sus. & ca.
Lemonis Thero-
nym*

II f
40

AD
ORATIONEM
MEMORIAE
VIRI

GENEROSISSIMI ET MAXIME STRENI
DOMINI

GII RIDELII
VENSTERN
EYFERSDORF

TRESCHEN COHORTIS
MONASTERIENSIS AC IPSIVS DENIQUE
S ROM. TRIBVNI QVONDAM
FORTISSIMI
ACRAM

SEPTEMBR. AN. MDCC XXXV.
TEMPORE CONSVETO
EVOLE AVDIENDAM
OFFICIOSE INVITAT

TIS PHILOSOPHICAE
E CANVS



9.

